ut de mēte Comentatoris est primo Methaphysice qui ponit
ꝙ species nō est tm̄ forma sed totū aggregatum ex materia &
forma quod dat esse indiuiduale huic materiæ. Nā esse oīum
rerꝫ scd̄m speciē ꝓpriā habet opationē ac ꝓpriū bonū scd̄m
speciē in qua formaẗ ac perficiẗ in esse naturali. Et oīa cōple
xionata instr̄a sunt ipsius formæ: nā desinente forma corrum
pitur ac destruiẗ cōplexionatū adeo ꝙ forma cōtineẗ a mate
ria sicut diuinū ac optimū illius. Est. n. forma quoddā diui/
num infra celestes uirtutes a q̄bus daẗ & supra materiā cōple
xionatā cui infundiẗ. Et sic forma est una essentia simplex tm̄
opatiua unius quodcūq; sit illud ꝓpriū illius speciei: nā unius
est tm̄ unū efficere eo ꝙ ab uno tm̄ unū est. Possumus ēt ali/
ter cōsiderare formā ut celestis uirtus q̃ multiplicaẗ in inferio
ribus ex imaginibus ac circulis cœli q̄distribuunt duodecim
signa cū stellis suis supra orizontem rei illius cui infunditur.
Et sic ipsa forma est multiplex ualde scd̄m uirtutes elemēta/
les in q̄bus opaẗ & potētias naturales suas quæ circūstant ad
essentiā suā simplicem. Et sic ipsa forma multorꝫ effectuū erit
ꝓductiua licet forte unicā ac ꝓpriā hēat opationē & hoc est
ꝙ fere oēs res nō ad unā tm̄ uirtutē determinanẗ notis opa/

tionibus eius. Sed tñ forma specificans materiã potentior est aliis formis licet multotiens propria forma ex indispositione materiæ parum ostendatur ac operetur. Vnde Hermes de lapidibus ait ꝙ lapides eiusdem speciei uariantur in potẽtia ex cõfusiõe materiæ ac ẽt ex loco generationis pp directionẽ seu obliqtatẽ radiorum correspondentium supra illa loca. Adeo ꝙ multotiens nullũ effectũ ꝓprium illius speciei inducit. Vñ philosophicæ cõsiderãdo & cũ auctoritate Alberti magni dicemus: ꝙ uirtutes lapidũ ꝓueniũt ab ipsa specie mediante forma substãtiali ipsius lapidis facta incõuenienti loco ac a proportionata materia q̃ cõuenit pro esse talis lapidis. Hæc etiã fuit opinio Platonis dicẽtis. Dotauit res qdẽ natura ꝓprietatibus/ oĩno enim quodlibet secundũ quod meretur a specie sua ut agat ꝙ proprium est ei in specie sua.

¶ Capitulum quintum de omnibus nominibus doctorum a quibus a quæ dicturi sumus accepimus.

OT ne uideat ea q̃ dicturus sum de particularib9 lapidibus ex me tm̃ dixisse: decreui ĩ hoc capĩo noĩa oĩum doctoꝝ a qbus sũpsimus ponere. Et licet ĩter ipsos aliquã dissensionẽ inuenerim: Tñ ꝙ a pluribus cõprobatũ est accepi. Nullus ergo miret̃ si qd dissonũ adictis alicuius doctoris interdũ scribeř uidear. Sed alios quos noĩo prius inspiciat q̃ mordaci lingua me calũniet. Nã a pluribus quæ dixero cõprobata inueniet. Quoniã tm̃ omniũ ut plurimũ infrascriptoꝝ doctoꝝ fidelis recitator sum qui de tali materia scripserũt quoꝝ noĩa hæc sunt. Diascorides. Aristoteles. Hermes. Euax. Serapio. Auicẽna. Iohãnes Mesue. Salomon. Phisiologus. Plinius. Solinus. Lapidarius. Helimãdus. Isidorus. Arnaldus. Iuba. Dionysius Alexãdrinus. Albertus magnus. Vicẽtius hystorialis. Thetel Rabanus. Bartholomeus de ripa Romca. Marbodius epi/

ſcopus.Ortulanus.Liber pãdetarꝝ.Cornu copiæ.Kirandus:ac liber de natura reꝝ.Nam ut ſuperius dixi ſi quis bene omniũ dictoꝝ doctoꝝ ſcripta intellexerit me adictis ut in pluribus cõprobatoꝝ nõ diſcedere cognoſcet.Sed eoꝝ ſententiis adhe/rere.Nam oẽs iſtos pro ducibus huius opuſculi accepi.

¶Capitulum ſextum quomodo per colorem lapidis in cognitionem nominis deuenire poſſumus.

CVm plerũq; lapides oculis nr̃is offerunt̃ quoꝝ multo/tiens noĩa ignoramus ut celeri mõ in cognitionẽ noĩs deueniamus quo cognito uirtutẽ ſciamus:alphabetum ex coloribus lapidũ inſtitui:Cui noĩa lapidũ immediate ſubiunxi. Aduertat tñ dñatio tua q; multi lapides in colore conueniunt non tñ idem ſunt.Et cũ oĩa in alphabeto dicere nõ poſſimus. Habitis ergo noĩbus ad propria capitula dñatio tua accedat: nã ibi magis diſtincte ex differẽtiis poſitis in uerã cognitionẽ deueniet.Et ſic mediãte colore noſtrũ intentũ cõſequemur.

ARGENTEVS. Andomamanta.
Aluminoſus. Amiantus.
Argenteus. Agirites.
Argenteus. Androa. Azurinus. Armenus.
Albus. Aqueus. Berillus.
Albus. Borax.
Albus cum pupilla nigra. Belloculus.
Albus. Coralus.
Aqueus albus. Criſtallus.
Albus opacus. Coruina.
Aureus. Criſocollus
Aureus Ignitus. Criſolanſis.
Albus citrinus. Ciſtolitus.
Aureus purpureus. Criſopaſſus.

Albus. Coranus.
Aureus. Crisopis.
Aureus. Calcites.
Aureus rutilans. Estimion.
Albus speciosus. Exebenos.
Aureus Hammonus.
Albus cum multis coloribus. Kamām.
Albus admixtus nigro. Lincis.
Aureus. Lisimacus.
Alba candida. Margarita.
Aureus
Argenteus. Marchasita.
Aureas uenas. Medea.
Albus perspicuus. Nitrum.
Albus ungueus. Onix.
Albus rubeus. Onichinus.
Aureis guttis seu stellis. Pontica
Aqueus ut glaties. Peanites.
Albus greuis. Sanius.
Albus argenteus. Tale.
Albus aluminosus. Tegolitus.
BIcolor Demonius lapis.
CRISTALLINVS Alectorius
Candidus cristallinus. Astrites
Ceruleus. Alebandina
Croceus leoninus. Agapis
Candidus leuis. Asius.
Cineritium. Asini lapis.
Candidus intersectus croceis coloribus. Alabastrum
Coralinus croceus. Ceraunius

Candidus oblongus. Cimedia
Candidus uenosus. Cepocapites.
Candidus. Cheronia.
Citrinus corintheus.
Ceruleus purpureus. Cianica.
Cristallinus. Cambites
Crocei coloris cum pupilla. Draconites
Cristallinus. Enidros
Candidus transparens. Fingites.
Citrinus aureus. Falconites.
Cineritius. Galatides.
Candidus lucens. Gelatides
Citrinus. Gagates
Cristallinus uarius. Iris
Croceus. Isistos.
Croceus. Lincurius.
Cristallinus. Ligurius.
Cristallinus nebulosus. Kabrates
Citrinus lucidus. Karabe
Cerulea sanguineis guttis. Pontica
Candidus. Podros.
Cristallinus. Panconus.
Citrinus lucidus. Succinus
Candidus mellinus. Silenites.
Croceus. Sirites.
Candidus. Solis gemma.
Cineritius. Siphinus.
Croceus cum uiriditate. Topatius.

EX multis uenis seu coloribus. Achates.
Eburneus. Arabica

Eburneus. Chemites.
Ereus cum uena flaua. Balanites.
Ex multis coloribus. Cepionites
Ex multis coloribus. Exacolites
Ex ſexaginta coloribus. Exacontalitus
Eburneus. Emites
Ereus cum nigredine. Frigius.
Ex multis coloribus. Hiena
Ex quattuor coloribus. Licoptalmus.
Ex uariis coloribus. Lepiolotes
Ex tribus coloribus. Murena
Ereus. Marchaſita
Ex multis uariiſq; coloribus. Mitridax
Ex multis uariiſq; coloribus. Oppalus.
Ex multis coloribus. Pantherus
Ex duobus coloribus. Sardonix.
Ex multis coloribus. Ziazia.
FERRVGINEVS criſtallinus. Adamas
Ferrugineus. Abeſton
Ferrugineus. Baſanites.
Flauus. Calaminaris
Ferrugineus. Magnes.
Flauus ac niger. Nicolus.
Ferrugineus. Orites
Ferrugineus perſpicuus. Pirites
Flauus perſpicuus. Saphirus
Ferrugineus. Smiriglius
Ferrugineus. Siderites
Flauus albeſcens. Turchion
Flauus cum aureis Crepuſculis Zumemelazoli.

IGNEVS cum uenis albis. Antracites
Igneus. Spilitem
Igneus. Carbunculus
Igneus aureus. Crisoletrus
Igneus rutilans. Ceraunius
Igneus aureus. Hormesion
Igneus obscurus. Sardius
Igneus. Sandastros
LVCIDVS filosus. Amianton
Lucidus nitrosus. Amites
Lucidus. Cogolites
Lucidus ut speculum. Efestitis
Lineis albis lineata. Pontica
Lucidus. Ranius.
MAREVS. Mirites
Mareus cũ Glauco Zinilaces.
NIGER cum uenis albis. Achates
Niger cũ punctis rubeis. Absinthes
Niger maculosus. Augusteum
Niger purpureus. Alabandicus
Niger. Aspilatem
Niger cũ uenis rubẽtibus seu albis. Abistos
Niger lucens. Antifates
Niger. Andromantius
Nigri coloris. Amites
Niger fuscus. Borax
Niger. Celidonius.
Niger. Calcofanos
Niger. Ferrugineus. Dionisia
Niger. Doriatides

Niger. Egipilla
Niger. Gelachides
Niger. Gagates
Niger cum ſanguineis uenis aut candidis. Galaxia
Niger. Medus.
Niger. Magnaſia.
Nigerrimus. Morion
Niger. Pirites
Niger. Sonorus. Trachius
Niger. Onix
Niger cum albis zonis. Onix
Niger cum ruffedine. Onix
Niger. Orites
Niger tranſlucens. Oſius
Niger cum uenis albis. Opphicardelon
Niger tranſlucens. Radaim
Niger. Samotracia
Niger cum uenis candidis. Veientana.
OLEAGENVS. Berillus
Ocreus. Criſites
Oleagenus pallidus. Diacodos
Oſtreus. Oſtraces
Oſtreus. Philoginos.
PVRPVREVS Roſeus
Purpureus uineus Amatiſtus
Purpureus uinaceus aqueus.
Pallidus fuſcus albeſcens. Calcedonius.
Purpureus. Celonites
Palliolus. Diacodos
Puniceus. Ethices

Poraceus. Emetrem
Pallidus grauis. Phrigeus
Praſſinus uiridis. Sagda
RVBEVS cum uenis croceis. Achates.
Ruffus. Alabandina
Ruffus lucidus tranſparens. Balaxius.
Ruffus puluerulentus. Bezoar
Ruffus citrinus. Bolus
Ruffus. Celidonius
Rubeus. Corallus
Rubeus obſcurus. Emathites
Rubeus rutilans. Epiſtites
Rubeus. Fongites
Rubeus. Falcones
Rubeus lucidus. Granatus
Rubicundus. Gerades
Ruffus croceis uenis Gagatronicus
Rubeus aqueus. Iacintus.
Rubeus. Lachinus
Rubeus. Ligurius
Rubeus cum albis uenis. Prophirius
Rubeus corallo ſimilis. Tirſitis
Rubeus. Varach.
SVB RVFFVS. Indica
Sanguineus cum uenis nigris. Naſſomonites
Serpentinus. Ophites
Sanguineus. Frigius
Subliuidus. Ranius.
Subalbiolus. Vernix
Sanguineus. Yectios.

VARII coloris. Amandinus
Viridis. Amites
Viridis. Oleagenus
Viridis. Aureus Berillus
Viridis. Pallens
Viridis parum rubeſcens
Viridis cũ uena. Flaua. Balanites
Viridis poreus. Criſopraſſus
Viridis marinus. Criſolitus
Viridis pallens. Caldaicus
Viridis herboſus. Calorites
Viridis. Cariſteus
Viridis aureus clarus. Cryſopilon
Viridis aureus. Coaſpis
Varius. Driſolitus
Viridis. Clarus. Doctus lapis
Viridis cũ guttis. Sanguineis. Elitropia
Viridis aureus. Filaterius
Viridis. Frigius
Viridis non iocundus. Galerica
Viridis cum uenis rubeis. Iaſpis
Violaceus. Ion.
Viridis. Ligurius
Viridis cum uenis albis. Leucocriſos
Viridis. Limoniates
Viridis. Medus
Viridis craſſus. Melochites
Violaceus. Orfanus
Viridis Praſſinus. Praſſius
Viridis cum guttis ſanguineis. Praſſius

Viridis cum liniamentis albis. Prassius
Viridis clarus. Pontica
Viridis cum Serpentinis maculis. Porphirus

¶ Capitulum septimum de particularibus lapidibus secundũ ordinem alphabeti.

POst sermones istos uniuersales ad rẽ nobis optatã Illustrissime Princeps in p̃sentiaꝝ deuenimus q̃ in particulari est de noïe ac uirtute lapidũ ideo in isto septimo capitulo per totũ usq; ad principiũ Tertii libri sermo noster erit de lapidibus scd̃m ordinẽ alphabeti. Nã primo noia lapidũ imponemus addemusq; si plura noia eis insint & unde nomẽ uẽdicauerint: subiũgemusq; colorẽ lapidũ ac coꝝ species si plures eis insint & in qua specie meliores existãt: locusq; gñationis siue inuentionis aderit. Vltimo pro re magis p̃ciosa ac oïbus magis desiderata uirtutẽ adducemus ut agnoscamus omnia quæ a summo opifice ꝓducta fuerũt ad salutẽ humani generis esse. Cui infinitas gratias reddere debemus cũ nõ tantum animæ sed & corpori pro salute semper intentus sit.

¶ Adamas preciosissimus lapis colorẽ ferrugineũ tersum hñs ac quasi cristalli: cuius q̃titas nũq̃ maior q̃titate auellanæ reperta est. Cũ nulli materiæ cædat nec igni nec ferro omniaq; cõtemnat: ex græca ĩterpretatiõe nomẽ sumpsit q̇ est indomita uirtus. Ponũt aliqui tm̃ mollescere a tepido hyrci sanguine: q̇ fabulosum esse existimo cũ plures ictu mallei frãgi uiderim. Nec aliqd tã durũ reperit᷑: qn ab adamãte patiat᷑ mirũ est ut fert᷑ q̇ magneti cõtrariat᷑: ipsam ligãdo ne ferrũ attrahat: cuius sex spẽs a doctoribus magis notæ dictæ a locis in qbus inueniunt᷑: ponunt᷑: nã Indicus/Arabicus/Syrtheus/Macedonicus/Aethyopicus/ac Cypricus p ordinẽ inuicẽ succedũt. Indicus paruus in q̃titate existit: sed in uirtute maior & hic est qui

malleo resistit:ponderosus ac plucētis cristalli colorē habens. Arabicus huic assimilat᷑ sed pallidior ac minoris q̃titatis. Syrtheus ac Macedonicus splendentis ferri colorē hn̄t Aethyopicus oibus obscurior. Cypricus in aureū colorem uergit:oibus uilior ac mollior:oium specierꝝ uirtus est uenena repellere tñ ipse potatus mortale uenenū existit. Veneficis artibus resistit. Vanos metus expellit:Iurgia ac Rixas uincere facit. Lunaticis ac repletis dæmone ꝓdest:ligat⁹ sinistro lacerto hostes uincere facit. Indomitas bestias humiliat. Incursionibus fantasmatū ac in cuborꝝ subuenit. In agēdis rebus gestantē audacē uirtuosumq; efficit. Adamātis quoq; Indici seu Arabici ut a multis ponit᷑ est ut magnetis uirtus:dirigere ferrū ab eo tactū ad polum arcticū & ex hoc nōnulli adamantē magnetē uocāt.

¶ Achates lapis diuersorꝝ colorꝝ existit. Varianturq; in eo colores ex locis suæ g̃nationis quorꝝ species plures sunt sed septē famosiores existūt q̄ nō tm̄ colore sed uirtute uariant᷑ ut lapidarii ponunt. Sicilia primū Achatē dedit ab Acheo flumine inuento. Vñ ex hac cā Siculus primo ponit᷑ Demū Creticus/Indicus/Aegyptiacus/Persicus/Arabicus/ac Cypricus. Siculus niger est intersectus uena alba. Creta Corallo similem Achatē ꝓducit aureis uenis seu guttis uariatū. Indicus ex multis coloribus ac uenis uariat᷑:ex quorꝝ intersectione diuersæ imagines multotiēs fabricant᷑. Nunc ferarꝝ g̃na flores aut nemora: nūc uolucres aut regū ꝓtendit naturales effigies ut in Achate pyrrhi regis fertur ac ēt uidi Achatē in quo septē arbores in quadā planitie apparebāt & hi optimi ac oibus excellentiores existunt. Aegyptiacus uero rubedine ac albedine carēs uariis uenis intersecat᷑. Persicus succensus mirti odorē spirat ut aliq ponūt. Dionysius de situ orbis ponit Achates Persicos esse in forma chilindri qui p decursum aquarꝝ ex mōtibus in coaspi

de flumine ruũt & inter arenas repiunť. Arabicus ac Cypricus coloribus diuersis uarianť tẽdentes ad uitreã trãsparẽtiã. Virtutes achatũ scdm specierꝶ diuersitates uarianť. Sed inter se oẽs in hoc cõueniũt ꝙ homines sollicitos reddũt: sed Siculi ꝓpria uirtus est uiparꝶ ac scorpionũ ueneno resistere si supra pũcturã ligeť aut tritus uino poteť. Indicus uenenosa fugat. Visum in aspiciẽdo fouet. Sitim ore retentus mitigat. Gestãti uictoriã ꝓbet: uires corroborat: tẽpestates auertit: sistitqꝫ fulmina. Creticus uisum acuit. Sitim ac uenena extinguit/gratũ ac facundũ gestantẽ reddit: uiresqꝫ conseruat ac corroborat. Mihi superfluum uidetur uirtutes singulorꝶ exprimere cum ad inuicem coincidant: breuitatis itaqꝫ causa omitto.

¶ Ametistus ex purpureis ac trãsparẽtibus lapidibus existit uiolaceo colore permixtus. Roseasqꝫ flãmulas fundens. Cuius qnqꝫ species sunt: oẽs tñ ad purpureitatẽ uergũt coloribus uariis iniunctã. Indicus colore/decore/ac ꝓcio alios excedit: hñs purpureũ admixtũ cũ roseo ac modico uiolaceo. Qui uero sola purpureitate habũdãt nõ adeo ꝓciosi sunt. Violaceus uinaceus: ac uiolaceus aqueus reliqs uiliores sunt. Loca in qbus inueniunť eis nomẽ tribuerũt. Indicus principatum obtinet. Arabicus/Armenius/Galaticus/Aegyptiac9 Tarsicus/ac Cypricus ꝑ ordinẽ subsecunť licet duo ultimi oĩbus uiliores ac sordidissimi existãt & de his a doctoribus nõ fit mentio. Omnes tñ ad sculpendũ habiles existũt. Virtus eorꝶ est ebrietatẽ fugare: nã cũ supra umbilicũ liganť uini uaporẽ refrenãt & sic ebrietatẽ soluũt cogitatiões malas reprimũt: bonũ intellectũ inducũt. In agẽdis negociis uigilẽ ac exptũ efficiunt: sterilem fœcundãt lotiõe eius bibita. Venenũ extinguũt. Militãtes custodiunt ac inimicos superare faciunt. Ad capturã facilẽ siluestrium ferarum uolucrumqꝫ præparant.

¶ Alectorius cristallini coloris lapis existit cum obscuritate
parua tendēte ad aquæ limpiditatē:& iterdū quasi uenas car
neas in supficie hñs:ab aliqbus Gallinaceus dicit̃ a loco suæ
gñationis cū in uētriculis gallorꝝ gallinaceorꝝ q post tres an/
nos suæ ætatis castrant̃ demū per septē annos uixerint:inue
niatur:nec ante extrahi debet:nā q̃to uetustior tanto melior.
Cū lapis in gallinaceo pfectus est:nō bibit.Nullus tñ cōper/
tus est in quātitate magnā fabā excedere:& ut Solinus refert
tpe Milonis Tarquini supbi enituit. Virtus huius lapidis est.
gestantē inuictū reddere.Retentus in ore sitim aufert ideo lu
ctantibus conuenit.Gratā marito uxorē reddit:honores pbet
acquisitos cōseruat fascinatos soluit desertū cōstantē gratū ac
amabilē efficit deperditū regnū ac extraneū acquirere facit.

¶ Androdamāta siue Andromadas durissimus ac pōderosus
lapis est quasi adamas argēti tersi nitorē hñs. Est eius figura
quadraturis tesseris ue distincta.Repit̃ inter arenas rubri ma
ris:nomē ei putāt impositū esse ex sua uirtute cum iracūdias
ac ipetus animi refrenare faciat qꝺ ab Arabico uenit uirtusqꝫ
eius est etiā luxuriā sedare ac corporis grauitatē auferre.

¶ Astrites Astrion Asterius siue asterites candidus cristallo
ppinquus lapis existit:lucē uelut stellā inclusam cōtinēs am/
bulantē aqua parte lumen suscipit cū in eo uideat̃ esse forma
similis flagrāti stellæ aut exurenti flāmæ dicit̃ ab astro quasi
stella & Ion imago.Thracia ac Carmenia eos pducit qui ta/
cti a solaribus radiis candidi esse uidentur.

¶ Alabādina Ruffus ac Ceruleus ut Sardius lapis est & tali
ter imitat̃ ut uix alter ab alterius ualeat colore secerni. A re/
gione Asiæ sic dicta ubi primo inuentus est nomen sumpsit.
Sanguinis fluxū puocare uirtus eius est.Bibitus oēm ueneni
uim exprimit ac extinguit. Varias opiniones de colore huius

lapidis reperio:sed narrata a pluribus comprobantur.

¶Agapis croceus in colore pellis leonis lapis eſt:ab agape dictus q̄ dilectionē importat. Cum uirtute ſua ab hoibus diligatur. Mirā in ſcorpionū ictibus ac uiperarꝝ morſibus uirtutem habens uulneri alligatus:linituſq; aqua circundato uulnere dolorem ſtatim tollit ac mitigat.

¶Andromātes in colore niger pōderoſus ac durus lapis eſt: dicūt argētū ac æs ad ſe attraheř:quēadmodū magnes ferrū.

¶Attritus ſanguineum colorem ut ematites in aquā emittit.

¶Antracites ſeu Antrachas. Ardētis coloris lapis eſt ſcintillās ut carbūculus:q a cādida uena p̄cinctus eſt:nō ſuſtinēs ignē perūctus oleo color extinguiť exardeſcitq; aqua pfuſus. Albertus magnus ponit ipſum pro carbūculo. Sed nō eſt ut alii ponunt quāuis cū ipſo participet in colore ac uirtute. Virtus eius eſt peſtilentialem aerem expellere ac geſtantē tutum reddere. Apoſtematibus ſuo noīe dictis ſubuenit eo quoq; modo quo de agape ante diximus.

¶Amādinus lapis uarii coloris exiſtit:cuius uirtus magnificata eſt in extinctiōe ueneni geſtantemq; uictorioſum efficit: ſomniorūq; ac enigmatum interpretem inſtruit uarias quæſtiones ſoluere:cum ei proponuntur.

¶Abeſton ſiue abeſtus ferrei coloris lapis eſt quē Archadia ac Arabia. Producit abeſton dictus.i.inextinguibilis:qm̄ accenſus ppetuā retinet flāmā. Et ex hoc gētiles in cādelabris tēplorꝝ coluerūt:ideo qa fortiſſimā flāmā ac inextinguibilē i ſe retinet nec ab imbribus ſeu tēpeſtatibus extinguiť. Habetq; lanugineā naturā & a multis pluma ſalamādræ appellať. Ab inſepabili unctuoſo humido a ſua ſubſtātia ignis foueť:ideo ſemel accēſus ppetuā lucē cōſeruat ſine aliquo liquoř addito.

¶Aſius cādidus ac leuis ut pumex lapis eſt & cū lingua liniť

guſtũ ſalſũ ꝓbet:cõſtrictus manibus facile in puluerẽ uertit᷑. Ex Alexãdria deportatur:licet in aſpectu non ſpecioſus ſit:in uirtute tñ ſummus eſt. Nam pthiſicos cum roſaceo zucharo more ellectuarii ſanat. Scrofulas/fiſtulas/podagram/ac multas alias ægritudines curare dicit᷑:ut ex medicoꝶ libris habet᷑.

¶Amiãton filoſus ac lucidus in colore lapis exiſtit:in ſimili/tudine aluminis plumoſi:tñ cũ maiori tenacitate. A multis li nũ uiuũ dicit᷑. Nam cũ in igne decoquitur demũ teritur:fila ut linũ emittit ꝙ a ſua inſepabili uiſcoſitate ab igne nõ paſſa euenit:& more lini filat᷑. Cum antiq defunctoꝶ cineres reſer/uabãt ex amianton ſacculos cõficiebãt:in ipſis mortuoꝶ cor/pora impoſita cõburebãt:illeſo ſacculo hoc agebant:ne quid extraneũ cineribus mortuoꝶ admiſceret᷑. Valere incantatio/nibus ac magoꝶ ueneficiis uirtutem ſuam dixerunt.

¶Auguſteum ex marmoꝶ ſpecie nigri coloris lapis eſt. Vn/datim maculæ in ſerpentum ſpeciem inſunt: Tiberii Auguſti tempore in Aegypto repertus a quo nomen uendicauit.

¶Alabaſtrũ ſiue alabaſtrites intercinctus albis uenulis ac ci/trinis colore cãdidus lapis eſt:ex genere marmoꝶ ad unguen taria uaſa optimus:cũ in eo illeſa ꝑſeruentur. Circa Thebas ac Damaſcũ inuenitur ꝓbatiſſimus ac cæteris cãdidior in India ac Carmenia. Viliſſimus ſine candore in Cappadocia. Opti/mus quoqꝫ exiſtit qui mellinũ habet colorem non cum multa trãſparẽtia. In medicinis ualet ut adiaſcoride ac a multis aliis doctoribus habetur. Geſtans cauſaꝶ uictorioſus erit.

¶Alabãdicus niger ĩ purpureũ uergẽs lapis eſt a loco nomẽ ſumẽs ſuæ primæ ĩuẽtiõis. Ab igne colliquat᷑:ac fundit᷑ more metalli:utilis ad uitrariã artẽ cũ uitrũ clarificet ac albefaciat. Repit᷑ in multis Italiæ locis & a uitrariis mãganeſum dicit᷑.

¶Aſpilatẽ ĩ Arabia lapis genit9 nigri coloris ĩ nido Arabicaꝶ

auiũ ut plimũ iueĩt spleneticos curat fimo cameli spleĩ alligat9

¶Abistos nigri coloris lapis est rubentibus ac niueis uenis lineatus ab igne calefactus p octo dies calorẽ in se retinet grauis ac põderosus existẽs plusq̃ sibi uidet sua q̃titas ministrare.

¶Asinius siue Asininus lapis ab asino aĩali dicit:qm̃ ex siluestri asino extrahit. Subalbidus & parꝝ in citrinũ tẽdẽs cũ rotũda ac parꝝ oblõga figura in q̃titate nõ magnæ nucis:nõ durus cũ aliq̃libus amfractib9 nõ multũ penetrãtib9. Cũ frãgit subcitrini smalti lucidi similitudinẽ retinet. Hic lapis duplex est maxillaris.s.& Cephalicus. At Cephalicus capiti ĩpositus eius dolorẽ sedat ac Epilensiã curat. Maxillaris qa in maxilla repit:Gestantẽ in defessũ reddit:ut nulli in p̃lio subcũbat:qn potius lassatis hostib9 ipse resũptis uirib9 diro cruciatu reuerberet. Venenosis aĩalib9resistit. Sũptus cũ uino quartanas febres excutit. In necãdo uermes pueroꝝ mirã uirtutẽ habet:si cũ uino sũmat nocumentũ aquæ bibitæ in qua steterit uenenum corrigit:ac reptibiliũ morsus curat. Prægnãtibus auxiliari fertur & ex aluo mortuum fœtum educere.

¶Arabica seu Arab9 ĩ colore Eboris lapis ẽ nomẽ ab Arabia sũpsit:in qua primo inuẽtus est. Valere dicit in dolorib9 nervoꝝ. In Aegypto quoq; reperit odorẽ ac colorẽ myrti habẽs & in usum odoris seruat:Crematus dentifriciis accõmodat.

¶Amiatus siue amiantus in colore aluminis lapis existit:nec in igne deperditur. Veneficiis magoꝝ resistere fertur utilissimus quoq; ad medicinalia.

¶Antiphates ex lucẽti nigro lapis ẽ. Odorẽ ac saporẽ myrti reddit si ĩ uino ac lacte coquat fascinatiõibusq; auxiliũ p̃bet.

¶Amites lapis est aluminis seu nitri colorẽ hñs durior tñ his existit. In Aegypto ac in Arabia gignitur:Aethyopicus uiridis est cum in aqua dissoluitur lacteum colorem efficit.

¶ Armenus lapis scd̃m Auicennã est lapis azurinus & scd̃m aliquos est lapis hñs colorẽ inter uiridẽ obscurũ & nigrũ frã gibilis leuit̃ :leuis tactu:carẽsq; aspitate:habetq; mirabilẽ proprietatẽ in curando humorem melancolicum.

¶ Aquilinus limphaticus in quodam pisce reperitur humanæ uitæ cõmodus. Nam appensus aut gestatus incommoda quartanæ febris propellit ac aufert.

¶ Anancithidus Necromanticus lapis existit cuius uirtus est euocare imagines dæmonum ac spirituum.

¶ Agirites in colore argenti lapis est habens stigmata aurea.

¶ Antitaneus idem q̃ Crisocolla.

¶ Aquileus idem q̃ Ethices.

¶ Androa idem q̃ androdamanta.

Balasius purpureo seu roseo colore flãmescit ac rutilat & a nõnullis Placidus dicit̃. Aliq putãt esse carbũculũ colore ac uirtute diminutũ queãdmodũ uirtus feminæ a uirtute maris differt. Pluries cõpertum est q̃ exterior pars unius lapidis attestat̃ Balasio interior carbũculo & ex hoc dicũt balasiũ esse domũ carbũculi. Balasii uirtus est uanas cogitatiões ac luxuriã auferre ac reprimere. Cõciliare amicorum discordias ac in humano corpore sanitatẽ inducere. Qui tritus ac potatus cũ aqua oculorum infirmitatibus opitulat̃ & epatis doloribus subuenit:& q̃ mirũ esse arbitror:si ipso balasio quattuor domus angulos:uiridarii:aut uineæ tetigeris:a fulguræ tempestatibus siue a uermibus:erunt immunes.

¶ Berillus oleagini coloris siue aquæ maris lapis existit:dicũt nouẽ esse eius spẽs oẽs tñ ĩ uiriditate pallẽtes. Nomẽ hẽt a regione seu a gẽte ubi primo inuẽtus est. Reddẽs sexagonã formã cõspicuã. India ꝓducit berillos albos ut maris aqua infecta ex solis radiis:ac tales raro alibi reperiunt̃ :similes oleo

aut aquæ maris curiosa uetustas magis in ꝑcio habuit. Moderniores uero obscuri cristalli colorē hn̄tes cū magis adamāti assimilant̄ existimauerūt ac tales a quisdā Catel dicti sunt. Est & alia spēs pallidior & ysoberillus dicit̄:q aureo seu glauco colore fulget & hi babilonici sūt huic Crysopilon pallidior ꝓpinquus existit:subsequit̄ his Hyacinthizontes. Demū Heroides. Post hos ceruini ac oleagini obscuri:Cristallini/Cristallo similes. Sed Indici oibus ꝑciosiores sunt:cū multā trasparētiā habeāt:& hi cū mouent̄:apparet ꝙ aqua in eis moueat̄: & hæc est snia Alberti licet ab aliis discrepet. Si uero hi in formā pilæ retundant̄:ac radiis Solis subiaceāt ignē emittūt ut specula cōcaua:uariæ ei uirtutes insūt. Alacrē gestātē reddit. Cōiugii amorē cōseruat ac auget. Collo appēsus uana somnia pellit. Gulæ ac fauciū & oēs ægritudines ex humiditate capitis pendentes curat ac ab eis ꝓseruat sumptus ac ꝑmixtus cū tanto argēti pōdere lepram curat. Aqua in qua steterit demū sumpta oculis opitulat̄:potataq; suspiria tollit:ac Epatis infirmitates curat. Prægnantibus quoq; ne partum abortiant nec quid incōmodi patiantur coadiuuat.

¶ Borax: Nosa. Crapondinus synonima sunt eiusdē lapidis q a buffone extrahit̄ cuius duæ sunt spēs albus & hic melior ac raro reptus. Alter uero niger fuscus cū ceruleo colore habens in medio similitudinē oculi:debetq; extrahi a buffone mortuo adhuc palpitāte:& hi meliores existūt / his qui extrahunt̄ post diuturnā morā sub terra. In ueneno mirabilē uirtutē hn̄t Nā cū qs uenenū sūpserit hūc deglutiat:q deglutitus intestina circuit:uenenosam q̄litatē i intestinis ipressam extinguit: & ꝑ secessum exit ac reseruat̄. In reptibiliū morsu iuuamētū ꝑstat. Febresq; tollit:stomachi ac renū dispositiōes malas emēdat si eius lotio summatur:& nōnulli dicunt si gestetur.

¶Bezoar rubeus puluerulentus leuis ac frangibilis lapis est. Citrinus a nónullis descriptus est. In ueneno oēs p̄dicant primū locū obtinere. Nam dragma ex eo sumpta quodcunq; sit uenenū extinguit & liberat. Vnde ob eius excellentiam omne liberās ab aliqua ægritudine bezoar dicit̃ illius ægritudinis. Et sic etiā generale nomen est ut a cōciliatore de uenenis ac a multis aliis doctoribus habetur.

¶Bolus Armenus est uena terræ in Armenia reperta & inter lapides ex eximia eius uirtute licet lapis nō sit cōnumeratur. Cuius color sub ruffus est ad citrinitatē uergens cū uiridi obscuritate. Cuius complexio frigida ac sicca est. Vix summa ab omnibus doctoribus posita. Pestiferis febribus ac uentris fluxibus est remedium p̄stans Emoroicis: Spleneticis: Stomaticis opitulatur. Adulteratur multū ac parum de uero ac bono inuenitur nec unq̄ uidi bonum.

¶Beloculus lapis est albus pupillam nigrā in medio habens. Ex sua pulchritudine deo belo Syrii dicarūt in sacrificiorum ornamentis. Gestantē in campestri bello inuictū reddere fertur.

¶Basanites siue basaltē ferrugineū colorē hn̄s lapis ē ī Aegypto ac Aethyopia repit̃ & cū terit̃ aq̄ croceū colorē emittit.

¶Bronia capitis testudinis similitudinē habet uirtus eius est fulminibus resistere.

¶Balanites duarum specierum lapis est una uiridis altera æris colorem habet cum uena flammea per medium secante.

CArbūculus & q̄busdā Antrax dicitur ardentes in uiola ceū undiq; uibrat radios: & quasi carbo ignitus uidet̃ apparēs in tenebris. In ardētibus gemmis principatū obtinet colore decore ac p̄cio. Quorum species duodecim sunt: sed nobiliores in Libia apud trogloditas repiunt̃: non ab igne patit̃ nec colorē alterius gēmæ cū appropinquat̃ suscipit. Sed aliæ

gẽmæ ſuũ recipiũt.Eſt.n.mas & fœmina in maribus ſtellæ in tus ardere uidenť.Fœminæ uero fulgorẽ extra mittũt & aliq hos Indicos eſſe dicũt reliqs p̃cioſiores:licet dixerimus arden tiũ ſpẽs eſſe duodecim:tm̃ de qnq; magis notis mentionẽ fa/ciemus.Nã primũ locũ Carbũculus obtinet.Rubinus ſubſe/quiť.Balaſius quoq; in hac ſpecie cõputať. Rubith idẽ q; ſpi nella quartũ obtinet locũ.In ultimo granata ãnumerať:uires carbũculi ſunt aerẽ uenenoſum ac peſtiferũ fugare luxuriã re primere:ſanitatẽ corporis inducere ac p̃ſeruare.Malas cogita tiones aufert ac amicoꝶ lites conciliat & ad omne proſperi/tatis augumentum facit.

℃Calcedonius ſiue calcedon ut quidam dicũt in colore palli dus eſt.Sed ſaphirinus præſtãtior:a doctoribus uero tres ſpe cies magis notæ ponunť licet a nõnullis plures.Nã hodiernis tẽporibus tot diuerſas ſpecies Germania ꝓducit q; uanũ eſſet enarrare. Nã ſaphirinũ primũ occupat locũ. Pallidus fuſcus paꝶ albeſcẽs ſubſeqť.Vltimus eſt rubeus extinctus nõ trãſpa rens.Multotiẽs hæ ꝑmixtæ ſunt ſpecies & in uno tm̃ lapide repiunť uarii colores:oĩbus locis ꝑfectiſſimos Aethyopia ꝓ/ducit.Nõne ẽt in littore adriatici maris ꝓpe tuã ciuitatẽ calce donii albi pallẽtes ac ẽt fuſci duriſſimi repiunť.Fantaſticas il luſiones collo ſuſpenſi ex malãccolia ortas expellunt.Si ꝑfora tum traiectũq; ex ſetis aſini quis tulerit in ciuilibus cauſis ac certaminibus uictor erit.Corporis uires conſeruat.Nigri ſeu ſaphirini raucedinem prohibent uocemq; clarificant. Omnes eius ſpecies libidinem frenant.A tempeſtatibus ac ab aduer/ſis caſibus præſeruant.

℃Chelidonius lapis eſt inuẽtus in uentre pulloꝶ hyrũdinum cuius qdẽ binæ ſunt ſpẽs.Nã qui rubeus eſt geſtatus in pan/no lineo mundo in ſanis ac lunaticis prodeſt & diuurnas in/

firmitates eradicat:facũdos ac gratos gestantes reddit:Attri/
tus aqua more colyrii oculoꝝ ægritudines curat. Niger uero
adoptatũ finẽ suscepta negocia códucit.Iras cõpescit gerentẽ
quoqꝫ gratũ ac placidum efficit:dñoꝝ iras mitigat. Alligatus
collo ĩ pãno lineo croceo febres effugat:Omnesqꝫ nociuos hu
mores refrenat ac æquat.Cópertũ est appensum collo Epilen
ticos ac ytericos sanare.Nõnulli dicũt ꝙ debẽt inuolui in pel
le uituli seu cerui non nati & sinistro brachio alligari.Debent
tales lapides extrahi dũ pulli parui stant in nido ac de mense
Augusti ut ꝑfectiores existant/ & pulli nõ tangant terram nec
parentes adsint dum extrahuntur.

¶Corallus more arbusti in mari nascitur absqꝫ foliis nõ exce
dens bipedalem magnitudinem:cuius binæ sunt spẽs rubeus
& albus.Auicẽna ponit tertiã speciẽ esse nigrã.Vidi simul cõ
iunctos in uno stipite albũ & rubeum.Albi uero ut plurimũ
ꝑforati sunt:& hi inutiles existũt:nõ ꝑforati cũ sũma albedi/
ne ac rubicũdissimi optimi sunt.Virtutes eoꝝ & maxime ru
bentis est oẽm fluxum sanguinis sedare gestatus aut ubicũqꝫ
fuerit in domo uel naui.Manes:Demoniacas umbras:Ludi/
bria:Sõnia:Fulmina uentos ac tẽpestates fugat:& a Methro
doro gorgiã noĩat:ꝙ interpretat̃ typhonibus ac fulminibus
resistere ꝓtegitqꝫ ab omni ferraꝝ ĩcursu.Stomaticis ac cardia
cis passionibus subuenit. Suspẽsus ut stomacũ tãgat aut sum
ptus debilitati stomachi opitulat̃ splenis apostematibus ac in
testinoꝝ iuuamentũ ꝑstat.Corrosas gingiuas solidat putrida
ulcera abstergit:ac nociuã medicinã reprimit.Rasura eius cũ
uino bibita ꝓdest mingẽtibus arenulas. Cõtritus & aspersus
aut suspensus inter fructiferas arbores aut in agro cũ semine
fertilitatẽ inducit:& ab eis grãdinẽ nociuosqꝫ imbres auertit.
A fide digno accepi:ac multotiens exptus sum ne infantes in

epilenſiam incurrãt:q̄primũ ex utero exeũt:anteq̄ qdq̄ guſtẽt in ore pueri ponatur dimidiũ ſcropuli rubei coralli bene triti & deglutiatᷣ:eſt.n.mirabile ſeruatiuũ:quã plures uirtutes eis inſunt quas breuitatis cauſa omitto.

¶Cornelius rubeus ſeu ruffus ac trãſparẽs lapis eſt & hi oriẽtales exiſtũt:in Rheno flumine rubicũdiſſimi ac quaſi colorẽ minii hñtes repiũtᷣ:nõnulli ad citrinũ diafanũ uergũt:loturæ carnis ſimiles. Mẽſtrua refrenat Emoroidas ſiſtit. Diſintericos curat. Collo aut digito geſtatus rixas accenſoſq; aïos cõpeſcit.

¶Criſtallũ ad inſtar glaciei colore ac tranſparẽtia lapis eſt cũ nõ modica duricie. Aliq putant niuẽ eſſe glaciatã ac induratã per triginta annos & ex annoſitate in petram eſſe cõuerſam. Aliq dicũt a terreſtritate & nõ a frigiditate lapideitatẽ acqſiuiſſe. Oppoſiti antedictoꝝ ſunt dicẽtes q̄ hi ut alii lapides cũ multo tñ aqueo generantᷣ rõnẽ ſuã cõfirmãt dicẽtes in ptibus meridionalibus eſſe cõpertũ criſtallũ in qbus nũq̄ nix exiſtit: Prima opinio a pluribus cõprobatᷣ cũ uideãt in ſeptẽtrionalibus alpibus ubi cõtinuo nix ſeu glacies exiſtit:cũ Sol æſtiuo tpe feruẽtiſſimos ſuos radios nõ mittat niſi multũ obliq̄ ex eleuatione poli & ibi maxima q̄titas criſtalli habũdet. Gignitᷣ ẽt in Aſia ac Cypro. Præſtãtior uero in iugis alpiũ Aethyopiæ & in inſula quoq; rubri maris meron dicta ſita ante Arabiam Scythia quoq; Criſtallo habũdat ad pocula cõficiẽda. Fabricata ex Criſtallo pila radiis ſolaribus expoſita inflãmat materiam ſubpoſitam combuſtibilem:ſed prius calefacta pila nequaq̄ accendit. Hoc apud philoſophos rationabile eſt nec eſt p̄ſentis inueſtigationis. Criſtallũ dormiẽtibus appenſum mala depellit ſomnia:ſoluit faſcinatos:ore retentũ ſitim mitigat. Et cum melle tritũ ubera lacte replet. Vſus quoq; criſtalli potius ad fabricanda pocula exiſtit q̄ ad aliud.

¶Crisoprassus siue Crisopressus colore uiridis similis succo prassii lapis est interclusas hn̄s guttas aureas: unde nomen uē dicat. Nam crisos græce aurū cū ex colore aureo ac uiridi cō positus sit: India ac Aethyopia dat. Sūma uirtus eius est ui/sum fouere. Assiduitatē in bonis operibus præstat: auaritiam pellit: cor lætificat: passionesq; eius ammouet.

¶Crisoletus. Crisolimus seu Crisolensis ex auro igniq; colore scintillans ac trasparens lapis est: sed ꝓprie Crisoletus dicitur græca lingua nomen sumens: nā crisis græce latinæ aurum & oletus totū un̄ crisoletus totus aureus Aethyopici optimi sūt: Indici ac Arabici nō adeo lucidi ac trasparētes exiſtūt haben tes in se fuscā nebulā ac ēt ad citrinū uergūt. Aethyopici ī ma tutinis igniti uidenť in die uero aurei apparēt. Ligatus auro & in sinistra manu gestatus dæmones expellit nocturnos ti/mores ac melācolicas uisiōes fugat. Præcipua eius uirtus ē ua lere cōtra incātationes detestabiliū mulierculaꝵ & eaꝵ præsti gia eneruare pforatus traiectusq; ex setis asini in pellendo dæ mones maioris est uirtutis detentus in manu febrilem calo// rem extinguit.

¶Crisolitus huius qdem lapidis unū genus est trāslucens au rei coloris hn̄s quasdā ardētes scintillas. Alteꝵ uero qđ a pluri bus cōprobatur. Ceruleus ac uirens est ac si aqua maris in ma iorē uiriditatē tenderet. Solaribus radiis suppositus aureā re/presentat stellā. Repiť in Aethyopia. Locatus in auro noctur nis timoribus obstat: dat sapientiā ac honorē: stultitiāq; repel lit: tritus ac potatus asmaticis subuenit.

¶Celonites seu celontes in triplici gn̄e ut qdā uolunt existit. Extrahiturq; ex magna testudine ī colore margaritæ habente testam. Vterinus uero uarius ac purpureus est cuius propriū est igni resistere. Virtus eius in hoc censeať digna p̄conio: q;

ſi quis cōgruo tpe abluto ore ſub lingua geſſerit fert̃ cōtinuo quaſi diuino ſpiramine futura prædicere. Tpe hæc ſūt: die q dem toto primæ lunæ ac.xv. Diebus uero cæteris totius lunaris aſcenſus ab ortu ſolis uſq; ad.vi. horā quottidie. Deſcenſus uero toto tpe añ diē uirtutis huiuſcemodi largit̃ effectū. Alii duo lapides cephalicus ac epaticus ſunt quoꝶ uirtutes nō exiguæ ſunt. Cephalicus qdē dictus eſt ex ſua inuentiōe cum in capite reperiat̃: præualet qdem ad capitis dolorē: reſiſtitq; fulminibus. Epaticus uero ex inuētione dicit̃ cū aqua tritus ac bibitus ante acceſſionē quartanæ mirabiliter liberat. Hi ſunt quoq; lapides dicti drome. Geſtati uero cū radice peoniæ geſtantes faciunt ſumme compotentes.

¶ Cogolites ſeu cegolites a doctoribus medicinæ Iudaicus lapis dicit̃ ex ſua ibi frequenti inuentione ſimilis oliuæ nucleo. Intus uero colorē aluminis ſeu argenti: non gratus uiſui: ſed oportunus medelis. Tritus ac aqua ſolutus & p os aſſumptus renes lapidoſos ſoluit: ac arenas ueſicæ purgat: & cū conuenienti aqua hauſtus ſtranguriam remouet.

¶ Ceraunius ſeu cerraolus lapis eſt formā piramidalē hñs. Genera eoꝶ bina ſunt criſtallinū croceo infectum: alterū colore piritis. Ferunt ex nubibus cadere & in loco propinquo ictui fulminis. Germanicus primus eſt. Hiſpanicus uero ſecundus ut ignis flāma rutilans eſt. Socatus aliā ſpeciem eſſe nigram ponit. Euax his cōtrariat̃ cū ex diuerſis colorib9 eſſe dixerit. Duriſſimus tñ eſt & magnæ uirtutis. Nā geſtantē mergi non ſinit nec turbine aut fulmine pcuti: in cauſis ac prælio uictoriam inducit: dulcia ac læta ſomnia miniſtrat.

¶ Coruina lapis in capite corui piſcis repit̃ & ſemp bini ſunt: color eius alb9 opacus ē cū ob lōga ac gibboſa figura ab una parte in altera cōcaua cū aliq̄li eminētia ī medio extrahit̃ pal

pitãte pisce ac lunã crescẽte & de mẽse Maii. Gestatus ut carni adhereat Iliorꝝ dolores aufert: tritus ac sumptus idẽ facit.

❡Cimedia ex cerebro piscis sui nois extrahit͛ bini in capite reperiunt͛. Tertius iuxta spõdilẽ tertiã uersus caudã piscis: est rotũdus/longitudinis digitorꝝ septẽ/Cuius caput latũ est/Transparẽs adeo si lumini obiciat͛ intus spina apparet. Dicũt magi ꝙ uirtus eorꝝ est ꝓnunciare maris ac aeris trãqllitates ac tẽpestates. Luxuriã per diẽ excitant si in potu sumantur.

❡Calchophanus niger est gestatus ĩ ore fauces ꝓseruat a raucedine: ac sonoram uocem efficit.

❡Caldaicus siue callayca uiridi palledine ac crassa: nõ limpidus: nec uisu iocũdus: auroqꝫ decens lapis est. Media Germaniaqꝫ in gelidis rupibus ultro porrigit instar oculi.

❡Crisocollus in similitudine auri lapis est media ꝓuincia producit ubi formicæ aurum eruunt. Magnetis uirtutem obtinet: ac aurum auget.

❡Crisoprasius lapis est in tenebris lucẽs: colore reciproco ac cõfuso: uelut quercus putrefacta ac in obscuro collocata: in luce uero marcescit in colore pallidi auri absqꝫ aliquo nitore.

❡Chemites Eboris similitudinem habens nõ ponderosus in duricie marmoris lapis est illesa mortuorꝝ corpora a uermib9 ac putrefactione longo æuo seruare narrant.

❡Crisanterinus in aureum colorẽ uergit frangibilis est: licet incultus: nõ spernẽda est eius uirtus. Collo suspẽsus pthisicos curat puerorꝝ collo appensus dolorẽ ex ortu dentiũ remouet.

❡Cysteolithos cũ aliquali albedine ac citrinitate lapis est inuẽtus ĩ marina spõgia & licet incultus sit calculosis tñ ꝓdest. Si cũ potenti uino bibat͛: collo pueris suspensus tussim tollit.

❡Catochites pro Sagda qdã ponũt ut infra habet͛ ꝙ nõ est uerꝫ. In corsica repiri a Solino ponit͛ glutinosam rẽ adherẽtẽ

manibus tangētis:dimittit:& ita se annectens corpori ut uel/lus eēt deglutine. In certaminib9 uictorē reddere uis eius est. Ac magicis artibus resistere. Si scrupulum unū assumpseris.

¶Coruia siue coruina coloris ruffi lapis est artificiose habet. Klendis Aprilis decoque oua accepta de nido corui donec durescāt:refrigerataq; in nido collocentur ut prius erāt. Coruus his cognitis uociferare incipiet:a longeq; uolabit ad hūc lapidem inueniendū:& inuento ad nidū accedet:tactisq; ouis ut cruda ac plifica redibunt. Suripiatˀ lapis subito a nido. Cuius uirtus ē diuitias augere honores pbeř ac multa futura pdiceř.

¶Cambnites colore cristalli parum obscuri lapis existit:deo ac hominibus gestans placebit affabilis ac amabilis ab oībus erit. Si sinistro brachio alligatus fuerit ydropicos curat. Credo equidem q idem sit q Kbrates.

¶Cepocapites seu cepites candidus lapis est habēs nodos uenarum marmoris candētis:coeuntes ac imagines diuersarum rerum in eo figurantur ut in Achate fit.

¶Calorites colore uiridis ac si succus herbæ expressus esset: quē magi inueniri tradunt in uentre Sille auis:ad Magicas artes ualet si ferro includatur.

¶Cepionidus ex colorib9 multis ac trāslucēs aspiciētiū similitudinē reddēs modo Iaspidis mō cristalli & aliqñ smaragdi.

¶Chorinteus ex marmoꝝ genere citrinus in colore armoniaci in se diuersos colores habens a corintho nomen sumens in quo magna copia reperitˀ:aptus ædificiis cū ex eo columnæ limina trabes ac multa alia longo æuo durantia fiant.

¶Cyanica siue Cyaneus ceruleus coruscans nitore purpuræ aureis crepusculis uariatus ac interdū cū intermicātibus punctulis diuersoꝝ coloꝝ lapis existit. In Scythia repitˀ:& est masculus ac fœmina, Mas fœmina nitidior ac purior & ad gra/

tiam intermicantibus aureis puluiculis.
¶Caristeus colore uiridis ab aspectu nomen sumens eo q̄ ui sui sit gratus: uiriditateq; sua confortans.
¶Calaminaris flauus tener nō lucidus nec trāslucēs lapis existit. Hic si nouies in aceto extinctus fuerit: & cum alitis sanguine tenuissime pulurizatus ad inuersas palpebras optimū Collirium existit.
¶Crisopassus ut a solino ponit' berilli species est hn̄s aureum colorem admixtum purpureo.
¶Coaspis colore uiridis cū auri fulgore nomē a flumine Persarum sumpsit in quo inuentus est.
¶Cimilianitus colore marmoris in medio hn̄s pupillā aureā seu crocei coloris/repertus in alueo Euphratis fluminis.
¶Crisolansis idem q̄ Crisoletus.
¶Crisites est lapis hn̄s colorē ostreæ in Aegypto inuenitur.
¶Amites idem q̄ ostracites ut infra habetur.
¶Elonia idem q̄ Sirites.
¶Crisopilon species berilli ut in suo capitulo habetur.
¶Crisoberillus ut supra in capitulo berilli.
¶Coranus albus ex genere marmorum durior Pario.
¶Crisopis lapis ut aurum uidetur.
¶Calcitis aerei coloris lapis est.
¶Carcina est habens colorem cancri.
¶Rapondinus idem q̄ borax.
¶Celicolus idem q̄ beliculus.
¶Chrysopteron species Topatii similis Crisoprassio.

DAemonius bino colore p̄mixtus ut yris arcus lapis est: nomen a similitudine yridis quæ dæmon arcus dicitur sumpsit. Febricitātibus cōferre: uenena expellere: gestantē ab hostibus tutū ac uictorē reddere uirtutē eius esse dicunt.

¶Dionisia nigra est ac guttis rubeis aspersa dicũt aliq fuscũ seu ferrugineũ habere colorẽ aspersũ guttis niueis. In oriente repit̃ quæ si ĩ aqua soluta fuerit uini odorẽ tribuit: suoq; odore ebrietatẽ fugat & uini odorẽ subuertit ac euaporare facit.
¶Diacodos siue diadocus colore berillo similis est cũ palliditate. Præcũctis exagitat dæmones ut in aliqd apparere faciat. Nam iniecttus in aqua cũ sua p̃cãtatione uarias dæmonũ effigies figurat ac petentibus dat responsa. In ore quoq; detentus quẽ dæmonẽ quis uult ab inferis reuocat & in petitiõib9 suũ adimplebit desideriũ. Mortuoꝝ corpora abhorret. Nã si cũ eo defũcti corpus tetigeris: uirtutib9 uiduatũ eũ agnosces.
¶Draconites seu dentrites aut Dracõius uel obsianus qui ẽt Kimedius uespertinus uocat̃ lucidus ac transparens cristallinĩ coloris lapis est secundũ aliquos. Nigrũ colorẽ Albertus magnus ponit figurã quoq; piramidalẽ non lucidã habere dicit. Nõnulli dicunt lucidũ esse ut speculũ cum nigredine. Multi hãc quærũt nec inueniunt. Transportat̃ ex oriente ubi magni dracones sunt. Nã exciso capite draconis ipso adhuc palpitante extrahit̃. Virtutẽ amittit si diu post draconis mortẽ in capite remanserit. Audaces uiri in partibus orientis draconum speluncas explorant: & in has gramen rebus somniferis medicatũ ĩponunt. Dũ dracones ad speluncã redeũt/ comedunt ex medicamine somno grauant̃: dormiẽtibus uero caput abscindunt & lapidẽ extrahunt. Excelsa ei uirtus inest ineffugando omne uenenũ & maxime serpentũ. Gestantem quoq; inuictũ ac audacem reddit. Ideo reges oriẽtis talẽ lapidẽ hr̃e gloriãt̃.
¶Drosolitus uarii coloris lapis est cuius nominis causa existit: si ad ignem appropinquatur uelut sudorem emittit.
¶Doriatides. Lapis inuenit̃ ĩ capite murilage cũ subito excidit̃ & ad uescendũ dat̃ formicis color ei9 niger lucidus ẽ. Nõ

nulli uolũt ꝙ ex capite galli extrahat̃ ut infra capi. Radaim. Optata perficere ac ad uota omnia deducere uirtus eius eſt. ℂDoctus lapis uirens eſt cum claritate quadã & credo ꝙ ſit Criſolitus ut ſupra dictum eſt.

